

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.I.], 1745

De Dignitate & Praecedentia Festorum

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](#)

9. No.
in Regis
de con.

s

solem.
tum S.
in se-
nonum
vesp.
Bapti-
tia in
octa.
R. C.

zotai
etiam
eniam
ente.

arum
e clas-
cunde
princi-
R. C.

De

De Dignitate & Præcedentia Festorum.

Vid. Rubric. general. Tit. XI. num. 2. de con-
currentia officii.

In *Concurrentia* plurium officiorum æqualis ritus
sive Martyrum, vel confessorum aut Virginum vel
viduarum minimè attenditur dignitas eorum, sed
præferenda sunt festa posteriora, si celebrentur pom-
pâ solemniori, aut sint ex illis festis, quæ celebren-
tur in propriis locis & Ecclesiis, & hoc juxta verba
Rubr. de concursu officii Tit. 11. num. 2. inter Fe-
sta æqualis ritus &c. S. R. C. 20. Julii 1686.

Festum Nativitatis S. Joann. Baptiste præferri de-
bet Festo Dedicationis Ecclesiæ, & habere integras
secundas vespertas cum commem. tant. sequentis.

In Festo autem *Dedicationis* vespere sunt dimi-
diandæ, & à Capitulo debet fieri de Patronis cum
commemorat. dedicationis, ut in utroque casu præ-
scribitur à Rubr. de concurr. num. 2. v. *inter festa &c.*

Et infra octavam Nativitatis ejusdem S. Joann.
Baptiste, dedicationis, & Ss. Patronorum seu Titu-
larium Ecclesiæ faciendum est officium de die infra
octavam S. Joann. Baptiste cum commem. aliarum
octavarum concurrentium. S.R.C. 21. August. 1688.

Octava omnium Sanctorum tanquam dignior
præferenda est octavæ dedicationis Ecclesiæ S.R.C.
5. Mart. 1695.

Diebus sextâ & septimâ infra octavam Ss. Tri-
nitatis, ubi est Titularis, faciendum est officium de
die secunda & tertia infra octavam Corporis Christi
cum commem. Ss. Trinitatis S. R. C. 8. Junii 1709.
Et in festis infra dictam octavam occurribus, non
debet ad Primam dici symbolum S. Athanasii. S.R.C.
8. Junii 1709. & 5. Maij. 1736. in hoc tamen ultimo
decreto statuit eadem S. R. C. non solum dici debere
dictum

dictum symbolum in die solemni Festo , sed etiam
in octava die ejusdem solemnitatis.

De Concurrentia Solutio dubii.

*Quare in tabella concurrent. in concursu Festi 1. classis
et Patroni vel Titularis Ecclesie in Quadrangulo adscripta
sit Litera vel Cyphra O?*

Litera vel Cyphra O notat, ut prævia Instrucio
facta ad tabulas occurrent. & concurr. ritè intelli-
gendas monet, talem concurrentiam fieri non pos-
se, vel si fieri possit, speciales pro ea concurrentia
suo loco exstare Rubricas.

Litera vel Cyphra O. tacitè nos remittit ad ipsam
Rubricam generalem XI. ex qua desumpta est tabu-
la concurrentiæ, ubi num. 2. etiam pro hujusmodi
Festorum ordinando concursu sufficienter est pro-
visum, si ritè ea expendantur, quæ ibi in principio
& fine illius numeri habentur, esto id ex allegato ta-
bulæ concurrentiæ quadrangulo colligi non possit.
Vid. Rubricist. A. R. P. Joan. Bapt. Halden S. J.
P. 3. Tit. 6. §. 1. de occurr. & concurr. Festor. dupl.
1. class. fol. 113. & 114.

De Concurrentia Duplicis min. & diei octavæ B. Mariae V.

*Quæcunque dies octava B. M. V. debet habere inte-
gras utrasque vesperas in concurr. cum officio dupli-
cis min. S. R. C. 11. Aug. 1691.*

De Commemorationibus faciendis, & suffragiis.

*Quando Antiphonæ & versus in vesperis va-
riandi sunt pro commemoratione alicujus simplicis
fa-*